
Fundamentum Lutheri.

τοίαις δ' αὖ Λουθήρος ἀμύνατο δῆϊον αἰχμαίς·
„Χριστὸς ἐὼν οἶων μόνος κεφαλὴ τε καὶ ἀρχὴ
ἐστὶν ὑπερμεδέουσα διηνεκές, ἐξ ὅτε κόσμος

440 ἴστατ' ἐπὶ κρηπίδι πανύστατον ἄχρισ ἐπ' ἡμαρ.
τόσσον δ' οὐρανίαις ὑπὸ γράμμασιν ἐστὶν ὁ πάππας
πάνθ' ὑποδαμναμένοιαι, ὅσον καὶ νέρτατος ἀνδρῶν.
πάντα δ', ἃ μὴ ζαθέησιν ὁμορροθῆει σελίδεσαι,
χρῆ στυγέειν φυγέειν τε καὶ ἄνθεμα λυγρὸν ἐνίψαι.
445 ἡμέτερον δὲ διδάγμα προφητῶν σύνθηρον αὐδῆ
ἦδὲ τ' ἀποστολικῆσιν ὁμόφθογγον γραφίδεσαι
ἄπλακτον χρυστὸν τε πέλει καὶ θεῖον ἀληθῶς.”

L(utheri) victoria.

τοίαις μὲν γλωχίνας ἀπ' εὐπλοῦτοιο φαρέτρης
αἰνύμενος λογιῶν, πιτυτῷ δ' εὐ κάρτει βάλλων
450 εἰς κέαρ ἀντιπάλοιο λόγοις ἱεροῖσιν ἀφρακτον
εἴλετο σὺν θεῖῃ νικηφόρον εὐχος ἄρωγῆ.
οὐδ' οἶον λυγροῖσι μετ' αἰσχέσει πρηνέα θῆκεν
ἐν κονίῃ πάππα πρόμαχον Χριστοῖο μαχητή,

455 ἄλκιμος οὐτιδανόν, μάλα κωτίλον αἴσιμα βάζων,
σεμνός ἀείμαργον, φιλοκερδέα κέρδος ἀτίζων,
χριστοσεβῆς ἄθεον, ψευδηγόρον αἰὲν ἀληθῆ,

lud. 16.

ἀλλὰ καὶ ὡς Σαμψῶν βριαρῆ κεκορυθμένος ἄλκῃ
στήλην εἰς χθόν' ἔρυσσε πελώριον, ἥς ἐπὶ πάππας
κλείδας ἐὰς ἤρεισε, καὶ ὑπτιον ἐξετάνυσσε.

1. Reg. 17.

460 Γωλιάθην δ' ἐδάμασεν ὑπέρβιον οἶα Δαβίδης
καὶ σφετέροις πάλι δῶκεν ἐλευθερον ἡμαρ ιδέσθαι
Γερμανοῖς προφυγοῖσι Παλαιστίων σθένος αἰνῶν,
πάππα καὶ λατρίων πάππα κακομήχανον ὕβριν.

L(utheri) libri: 1520.

465 οὐδὲ μόνον θαλερῆ γλώσσης πεισῆνορος ἤχῃ,
θελεξινόσις ἀγορῆσι καὶ ἀμφιλόγοισιν ἀέθλοισι,
ἀλλὰ καὶ εὐγράπτω παλάμῃ θεοφάντορος ὀλκῆ,
τληπόροις σελίδεσαι δνεῖατα μυρὶ' ἐχούσαις

ἀτρεκίης προμάχιζε καὶ εἰς χθόνα πᾶσαν ἴαλλεν.

De coena Domini.

470 ἀργαλέως δ' ἐχάλεψε βαρύφρονος ἔθνεα πάππα,
αὐτὸν δ' εἰς πόνον ἤκεν ἀμήχανον ἀμφὶ τραπέζης
χριστοφόρου καθαρῆν προίεις καὶ ἐνάσιμον αὐδῆν,

475 ὡς Χριστοῦ κατὰ θεσμόν ὀρέξαι πᾶσιν ἔοικεν
οὐ μόνον ἀπλαστον Χριστοῦ δέμας ἐνδοθεν ἄρτου,
ἀλλὰ κατ' οἰνοδόκον καὶ ἐτήτυμον αἶμα κύπελλον,
εἴτε τις ἢ μύσταις ἐναρίθμιος εἴτ' ἀμυήτοις.

Papa missis legatis ad supplicium deposcit L(utherum).

τοῦνεκα πέμψε Μαρίνον ἀτάσθαλον ἠδ' Ἀλέανδρον
ὡς κύνε θρητήρε κενέλπιδος εἰς δρόμον ἄγρης

480 ἀρχιερεὺς Ῥώμης Σαξωνίδος ὡς ἀγὸν αἴης,
εἰ κ' ἐάσῃ Λουθήρον ἐπὶ κρίσιν εὐθύς ἄγεσθαι
ὡς γαίης ἀλίτημα καὶ αἰθέρος ἠδὲ θαλάσσης.

summus Ecclesiae Christianae extra redargutionem
constitutes.

Lutherus inter principes haereticos censendus est,
quia Ausonio se pastori superbe opponit
et falsa docuit de salutari poenitentia.”

Contra huiusmodi armis Lutherus hostem repulit:
„Christus solus ovium suarum et caput et dominium
supremum est perpetuo, ex quo mundus
fundamento suo impositus fuit ad novissimum usque
diem.

et Papa tam est sub scriptura coelesti,
quae cuncta sibi subiicit, quam vel infimus hominum.
et omnia, quae cum divinis libris non consentiunt,
aversanda, fugienda et triste anathema nominanda sunt.
et doctrina mea Prophetarum voci consona
cumque Apostolicis scriptis congruens,
recta salutarisque est et prorsus divina.”

Huiusmodi cum iacula ex graviora pharetra
verbi divini depromeret et vi cordata bene torqueret
in cor adversarii non munitum sacra scriptura,
divina ope victoriae laudem consecutus est.
nec tantum tristi cum dedecore prostravit
in pulverem Papae antesignanum bellator Christi,
fortis imbellem, prolixo garrulum vera et oportuna
loquens,
honestus impurum, avarum lucri contemtor,
pius impium, semper verus mendacem,

lud. 16.

sed etiam ut Samson valido robore instructus
ad terram detraxit columnam ingentem, in qua Papa
claves suas firmaverat, et supinum eum prostravit

et ut David violentum illum Goliathen devicit.
ac intuendum rursus libertatis diem reddidit suis
Germanis ex trucium Palestinorum potestate ereptis,
ex Papae (nimirum) eiusque Satellitum saeva tyrannide.

nec tantum vivo eloquentis linguae sono,
flexanimis concionibus et disputationum certaminibus,
sed et solerti manus divina explicantis ductu
lativagis (scilicet) libris infinitis utilitatibus refertis
pro veritate propugnabat eamque in totum orbem
terrarum propagabat.

vehementer autem offendit crudelis Papae gentes
seque in difficultatem inextricabilem immisit de mensa
Dominica, cum synceram et rectam sententiam ederet:
quod iuxta Christi institutionem omnibus exhibere
deceat,
non modo verum Christi corpus in pane,
sed etiam verum sanguinem in vinicipaci poculo,
sive quis in numero sacerdotum sit sive laicus.

ideo improbum Marinum et Aleandrum emisit
ceum canes venaticos ad irritae persecutionem praedae
Pontifex Romanus ad Ducem (Electorem) terrae
Saxonicae,
ut e vestigio Lutherum sineret ad iudicium abduci
quasi piaculum terrae, coeli et maris.

Electoris Saxoniae constantia.

τοῖος μὲν νόος ἦε κακορραφῶν τότε φωτῶν·
ἀλλ' ἕτερος νόος ἦε Θεοῦ καὶ εὐφρονος ἀρχοῦ,
ὡ Θεὸς ἀτρεκίης λιποφεγγέος ἔνθετο φίλτρον

485 θερμὸν ἀναπτομένης ποθέον μάλα πυρσὸν ιδέσθαι.
τοῦνεκεν οὐκ ἐπένευσε πυριπνεύστοισι μενοιναῖς.

Carolus V. Imp(erator) electus: 1519.

ἀλλ' ὅτε τῆσδ' ἀλίωσε Θεὸς σφίσιον ἐλπίδος ὀρμήν,
εἰς ἄλλην ἐτράποντο βίης κακομηδέος οἴμον
σκηπτούχου θύνοντες ἐπὶ θρόνον· ἄρτι γὰρ ἔσσην

490 Ἴσπανῶν πιτυτῆς καὶ κάρτεος ἄκρον αἰείρων
Κάρολος ἐν βασιλευσίν, ὅσους ἐπιδέκκετο Φοῖβος,
καισαρέης οἴηκα σεβάσμιον ἔλλαχεν ἀρχῆς
ἀρχῶν φραδαμοσύνησιν, ὅσων γέρας ἐστὶν ἐλέσθαι

κοιρανῆς ταμίην Ῥωμηΐδος ἔξοχον ἄλλων.

Legatorum pontificiorum apud Carolum machinatio: 1520.

495 τὸν δ' ἄμτοτον πείραζον ἀναιδέες ἄφρονι θυμῷ
ἡλικίης ἐτ' ἔχοντα νέης πρωτόχνοον ἄνθος,
ἠνίκ' ἀιδρεΐαις ἀταλαὶ φρένας ἠερέθονται,
ἐμμενέως δὲ κέλοντο βίη προθέλυμον ἀμέρσαι
ἐσσυμένως Λουθῆρον ὁμοῦ θελξήνορι μύθῳ.

Caroli Caesaris erga L(utherum) moderatio.

500 γηραλέην δὲ νέη μῆτιν φρενὶ Καίσαρ ἀέξων
οὐκ ἀδίκους φέρεν ἦρα, καὶ ἀσπετά περ μογέουσι.
Λουθῆρου δ' ἀνανοῖς ὑπὸ γράμμασι θελγόμενος κῆρ

καὶ χάριν αἰδοῖσιν μετ' εὐφροσύνησι φυλάσσων
Φρηδερίκου γεραροῖσιν ἐν ἐκλεκτήρσιν ἀρίστου,

505 ὃς μιν εἰαῖς ψήφοισιν ἐπ' ἔξοχον ἦρατο κῦδος,
ἀνδρὸς ἀωμμήτοιο βίην ἀπὸ πᾶσαν ἔρκε,
πρεσβευτάς (δ') ἀφῆκεν ἀνήλυτον ἔργον ἔχοντας.

Legati Papae libros L(utheri) exurunt.

510 τῶν δ' ἄρ' ὅτ' ἠερίοις βουλευμᾶτα μίσαγετ' ἀήταις,
κλέψαι δ' οὐκ ἐδύναντο θεμιστοπόλων φρένας ἀρχῶν
οὐδ' ἔλετόν δῶροισι νόον Λουθῆρος ὄρεξεν,
ἠῦτ' ἄμερσιν οἴοιο κατὰσχεται ἄλματι λύσεως
δαίμονος οἰστροβόλουντος εὐγράφα βιβλία φωτὸς

πάντα θεοφθόγοιο, κακῶν χέρες ὅσα κίχησαν,
Ἡφαίστου μαλεροῖσιν ἐπετρέψαντο καμίνοισι

515 πόλλ' ἐπιτεκταίνοντες αἰεδέος ἄρκα πότημο,
ἃ σχίσεν ἠδ' ἀπέρυξε Θεοῦ νόος, ὃς ῥα οἱ αἰεὶ
δεξιτέρην χარიέσσαν ὑπέρραχεν, ἔκρατε δ' ἄτην
καὶ μιν ἐπουρανίων στρατιῆ πυριτευχεῖ κούρῳν
ἀμφιπεριζὶ κύκλωσεν ἀγαγεῖ τείχεϊ φράξας.

L(utherus) ius Canonicum comburit.

520 Λουθῆρος δ' ἐξαυτίς ἐλῶν φρεσὶ δύσαχον οἴστρον
θαυμασίου Σαμψῶνος, ὃν ἔνθεος ὤρσεν ἀήτης,
δῶκε βίη πρηστῆρος ἀφειδέει τεφρωθῆναι
βιβλία παππαίων ἀθεμίστια πάντα θεμίστων.
μη δὲ τις ἀφραδίην ἐνέτηρ καὶ θυάδα λύσσαεν
ἔργον Λουθῆρου θρασυκάρδιον, αὐτὸς ἔνιψε
525 γράμμασιν ἀμφραδιοῖσιν ἀήθεος αἴτια τόλμη,
ἐννεπε δ' ὅτι δίκαια καὶ ἀξία βέξεν ἑαυτοῦ,

talis quidem insidiosorum hominum tunc mens erat,
sed alia mens erat Dei et sapientis Principis,
cui obscuratae veritatis amorem inderat Deus
ardentem, quo impense cupiebat resuscitatae facem
contueri:

ideo ignivomis illorum conatibus non suffragatus est.

verum ubi huius spei propositum Deus ipsis irritum
fecisset,
in aliam dolosae violentiae viam sese convertebant
ad Imperatoris solium properantes. nuper enim Rex
Hispanorum summam sapientiae et fortitudinis laudem
gerens
Carolus inter reges, quos tum Phoebus lustrabat,
augustum Caesarei imperii gubernaculum acceperat
principum suffragiis, quorum munus est eligere
imperii Romani praesidem, qui sit inter alios
praestantissimus.

hunc impudentes (illi) enixe tentabant stulto animo
primo adhuc ineuntis iuventae flore praeditum,
ubi inscitia tenerae mentes elevantur,
et constanter iubebant, ut vi prorsus e medio tolleretur
absque mora Lutherum una cum praestigiosa doctrina.

sed senile in iuvenili pectore consilium habens Caesar
non morem gessit iniquis illis, licet magnopere urgerent.
verum cum blandis Lutheri literis cor delinitum haberet
et grati animi officium honorifica cum benevolentia
tueretur
ergo Fridericum inter nobiles Electores optimum,
qui suis calculis ad eminentissimum honoris fastigium
eduxerat illum,
omnem vim a viro innocente abstinuit
et Legatos re infecta dimisit.

quorum ubi consilia aëriis ventis immiscebantur
et nec iuridicorum animos Principum furari poterant
nec pectus muneribus obnoxium offerrebat Lutherus,
velut amentis impetu furoris correpti
diabolo in rabiem eos agente eruditos libros viri
sanctiloqui universos, quotcunque sceleratorum manus
consecutae sunt,
ardentibus Vulcani fornacibus tradiderunt
multa simul obscurae mortis retia contra illum
nectentes:
quae providentia Dei rupit et avertit, qui eum perpetuo
benevola dextra texit et amovit noxam.
atque coelestium famulorum exercitu flammanti
circumquaque vallavit muro infracto septum.

Lutherus autem contra, cum concepisset animo
inexpugnabilem impetum,
mirandi Samsonis, quem et sacer Spiritus excitavit,
rapida ignis vi cremanda dedit
omnia Pontificiorum legum volumina iniustitiae plena:
et ne quis temeritatem et lymphaticam insaniam diceret
animosum Lutheri facinus, ipse exposuit
publicis literis insolentis huius audaciae causas
et confirmavit se iusta et digna se ipso perpetrasse,

- ἦ μιν ἀληθείης μάλ' ἔρωσ καὶ ζήλος ὄρινεν.
Conventus Principum Vvornatiae, quo L(utherus) evocatur: 1521.
 ὡς δ' ἔτος εἰς πέρας ἦλθε τὸ τέτατον, ἦρχε δὲ
 πέμπτον,
- 530 λαοβότων ἐκάλεσε πανήγυριν ἡγεμονίῳ
 Κάρολος ἡνίοχος Ῥωμηίδος ἥπιος ἀρχῆς
 εἰς πόλιν Ὀρματῆς δολιχοῦ παρὰ χεῦματα Ῥηνοῦ,
 κείσε δὲ καὶ Λουθῆρον ἀγκαλυτὸν ὥρσεν ἰκέσθαι
 ἀσφαλῆως πίστιν τε διδοῦς κήρυκα τ' ὀπάσασα,
 ὃς οἱ νισσομένω στορέσει παναπήμονα πομπήν.
Lutheri magnanimitas.
- 535 πολλὰ μὲν οἱ πολ[ι]τῆς τε καὶ ἄρτια μητιόνωντες
 ὀρнуμένω παρὰ ποσσὶν ἀμήχανα πῆματ' ἔδειξαν,
 δυσμενέων ὅσα τεύχε κακοφραδῆς ἦτορ ἀπίστων.
 ἀλλὰ μιν οὐδὲν ἔρυξε κακοῦ δέος οὐδ' ἀλεωρή,
 στείχε δ' ἄσειστον ἔχων κραδίην καὶ φαίδιμον ὄμμα
- 540 θαρσαλέως, πινυτήν τε καὶ ἄλκιμον ἴαχε φωνήν·
Heroica vox Luth(eri).
 „Εἴσομαι, ἦ με κάλεσεσ Θεοῦ νόος, οὐδέ με τρέψει,
 εἰ καὶ Φορματῆς ἐνὶ τείχεσι δαίμονες ὡσι
 ταρτάριοι τεγείουσιν ἰσοσπληθεῖς κεράμοισιν.“
L(utherus) coram senatu imperii doctrinam suam asserit.
- 545 ὡς φάτο καὶ προπῶδιζε καὶ εἰς πόλιν ἴξε ποθενίην,
 ἐνθάδ' ἐν αἰδίω ἀγορῇ πολυκυδεῖ φωτῶν
 μαρτυρίην σφετέρω διδάγματος ἀμφαδὸν εἶπεν,
 ὡς ὅσιόν τε πέλει καὶ ἐτήτυμον, οὐνεκα θεῖος
 συμφωνεῖ λογίοισι, καὶ εἰς τέλος ἐσθλὸν ὄρουει
 ἀρνήμενον Χριστοῖο μέγα κλέος· οὐδὲ ποτ' αὐτὸ
- 550 στεῦτο παλιμβολίησι ἀεικέσιν ἀρνήσασθαι,
 εἰ μὴ μαρτυρήσει θεοφθέγκτοισιν ἐλεγχθῆ,
 μὴ ποτέ μιν καὶ Χριστὸς ἀπαρνήσαιτο παρ' αὐτοῦ
 ἰθυκρήτη γενετήρι κακὸν καὶ ἄπιστον ἐόντα.
 καὶ γὰρ ἐπεὶ σύνοδοι μάλα πολλάκι, δηθάκι πάππαι
 ἤμβροτον ἀφραδίησι καὶ ἀντία λέξαν ἑαυτοῖς,
 555 πᾶσαν ἀπ' οὐρανίων σελίδων κρίσιν ἐστὶν ἐλέσθαι
 δόγματος ἀμφιλόγιοι καὶ οὐκ ἀπὸ πίστιος ἀνδρῶν.
L(utheri) constans dictum.
- ὀψὲ δ' ὑπ' ἀντιπάλων βεβημημένος ἄλλα πιφάσκειν
- 560 ἀντία τοῖς προτέροισιν, ἀκαμπέα ῥήξατο φωνήν·
 „Ἐνθα πάρεμι καὶ ἔνθα παρίσταμαι· ἄλλα μὲν εἰπεῖν
 οὐ δύναμαι νοέειν τε, Θεός μοι ἐπίρροθος ἔλθοι.“
 οὐδὲ μὲν οὐδ' οὕτως κάμμεν νόος αἰόλος ἀρχῶν,
 ἀλλ' ἰδίη κοινή τε λόγοις θρασυμῆχανον ἄνδρα
 θελγόμενα μενέαινον ὑποτρέψαι τε μενοινής.
 565 αὐτὰρ ὁ μελιχίη προφάσει μάλα καιρία βάζων
 ποικιλ' ἀμαιμακέτης ἀπεσειέτο μῆδεα πείρης,
 ἀτρεκίης δ' οὐ τυτθὸν ἀμύμονος ἐκλίπε τάξιν.
Caesar datam L(uthero) fidem non vult violari.
 καὶ τότε διη πολλοὶ, φρένας ὧν οἴσθησαν Ἐριννύς,
 πειθοῦς ἀργαλέης ἐπ' ἀνάκτορα κέντρα φέροντες
 570 μούναρχον φράζοντο θοῶς Λουθῆρον ὀλέσσαι
 ἄκριτον ἢ βῆ μαλεροῦ πυρός ἢ σιδήρου.
- quo amor veritatis et zelus eum adegerit.
 porro cum quartus ad finem devolutus esset annus et
 quintus iam incoaretur,
 Principum, qui veluti pastores sunt populi, concilium
 convocavit
 Carolus clemens Romani imperii moderator
 in civitatem Wormaciam ad longi fluentia Rheni.
 illuc et Lutherum inclutum venire iussit
 tuto fide data publica et praecone adiuncto,
 qui proficiscenti illi innoxium iter sterneret.
 multa quidem ei complures et bonis consiliis praediti
 iter instituenti pericula ante pedes inextricabilia
 ostendebant,
 quae malevolum perfidorum hostium ei cor creabat:
 sed nullus mali timor aut fuga eum retinuit.
 ideo pergebat imperculsum cor et oculos alacres habens
 confidenter sapiensque et animosum verbum locutus
 est:
 „Vadam, quo me voluntas Dei vocavit, nec me avertet,
 etiamsi Wormatiae intra moenia sint Diaboli
 Tartarei pares numero tegulis in aedibus tectis.“
 Sic dicebat et promovebat et in optatam urbem
 pervenit.
 ibi in illustri augustorum virorum corona
 palam doctrinae suae confessionem edidit,
 quod sancta sit et vera, quia divinis
 oraculis consonet, et ad bonum finem pergat
 asserens ingentem gloriam Christi; nec unquam illam
 turpi se animi mutatione abnegaturum esse
 confirmabat,
 nisi testimoniis in verbo Dei expressis convictus fuerit:
 ne quando et ipsum Christus abneget apud suum
 patrem iuste iudicantem, ut qui improbum et perfidum
 se gesserit.
 nam cum saepenumero Concilia, frequenter Papae
 stulta sua ratione errarint et sibi ipsis contraria dixerint,
 ex coelesti scriptura omne iudicium sumendum esse
 de ambiguis dogmatibus et nequaquam ab hominum
 autoritate.
 tandem cum ab adversariis urgeretur, ut aliam
 proferret
 et contrariam priori sententiam, in hanc constantem
 erupit vocem:
 „Hic assuem, hic asto: alia neque dicere
 neque sentire possum, Deus mihi auxiliator veniat.“
 Veruntamen nec ita varia mens Principum desistebat,
 sed privatim ac publice virum confidentem
 demulcere conabantur et a proposito avertere.
 ille autem comi excusatione valde commode respondens
 varia longae periculationis consilia repellebat
 nec latum unguem syncerae veritatis stationem excessit.
 at tunc multi, quorum mentes furore impleverat Erinnyes,
 saeve persuasionis calcaria adhibentes Domino
 imperatori consulebant, ut Lutherum confestim perderet
 indicta causa vel flammae ardentis vel ferri vi.

	„Οὔποτε γὰρ θέμις ἐστίν“, ἀναιδέα χεῦαν ἰωήν, „αἰρετικῶ σπονδάς τε καὶ ὄρκια πιστὰ φυλάσσειν.“	impudens enim verbum evomebant: „Numquam fas est haeretico inducias et promissa fideliter servare.“ At ille, quamvis insanabili adversus Lutherum ira esset commotus
575	αὐτὰρ ὁ Λουθηρῶ περ ἀναθέα μῆνιν ἀέξων εἶνεκ' ἀγνηορίας κρατερῶς εἵρτου θέμιστας πίστιος, ἦνπερ ἔδωκε, καὶ ἄρμενον ἔννεπε μῦθον, ὡς ἀρχοῦ χρέος ἐστίν ἔχειν ἀφευδῆα φωνῆν ἄπλαστον τε νόημα τελευτήσαι θ', ὅσ' ὑπέστη. <i>L(utherus) dimissus proscibitur.</i> τοῦνεκεν ἀσφαλῆως μιν ὑπότροπον ἦκε νέεσθαι	propter constantiam, firmiter tamen tuebatur pacta fidei, quam dederat, et concinnum proferebat sermonem, quod necessarium Principis munus sit, ut habeat os sine mendacio et mentem sine fuco et impleat ea, quae promisit.
580	ἦς γαίης ἐπὶ τέλσον εὐφρονα πομπὸν ἔχοντα. <i>L(utherus) in reditu interceptus iussu Electoris in arcem quandam abditur.</i>	ideo secure ipsum redire permisit in terrae suae agrum adiuncto comite et deductore amico.
585	αἶψα δ' ὁ φρικαλέω προγράμματι φῶτα δικάζων κοινὸν ἔλωρ ποίησεν, ὁμῆ δ' ὑπεθήκατο ποιῆν πάντας ἀλεξήσαι καὶ ἐπαρκέσσαι μεμαῶτας. ἔνθα βῆν τρομέων καὶ ἀναίτιον ἄνδρα φυλάξων σκηπτούχοις Φρηδρεῖχος ἐν ἡγεμόνεσιν ἄριστος	continuo autem horrenda proscrizione hominem condemnans publicam praedam fecit et eidem subiecit poenae omnes, qui defendere et auxilio levare eum studerent. ibi vim metuens et innoxium virum servaturus Fridericus Sceptrigeros inter duces optimus fidelissimus Lutheri cum adversa fortuna conflictantis opitulator,
590	Λουθηρῶ μάλα πιστὸς ἀμχανέοντος ἀγγῶν Ὀρματίηθεν ἰόντα φίλη καὶ ἐπίφρονι βουλή πιστοτάτοις θερόπεσι μυχῶ βαθυαγκέῃ λόχημις δῶκεν ἐλεῖν οὐ πολλὸν ἀπόπροθεν Εἰσενάχοιο, ἔσσαι δ' εἰς ἀκρην τιν' ἐρημάδα νόσφιν ὀμίλου, ἔς χρόνον ὡς ἀλείοιο κακόφρονος ὄμματα λαοῦ ἀτρεμέως τε λάθοι, μέχρις ἂν νέφος ὀξὺ παρέλθοι βροντήν τ' ἄστεροπὴν τε καὶ ἔμπυρον ἰὸν ἀπειλοῦν. Πάθμον δ' αὐ' μετόπισθε τὸ χωρίον ἠυδάξαντο. <i>Studia L(utheri) in Pathmo: 1522.</i>	Wormacia revertentem amico et sapienti consilio ministris fidelissimis in profunde sylvae recessu capiendum dedit non ita procul ab Isenacho et collocandum in arcem quandam remotam extra frequentiam hominum, ut ad tempus declinaret malevoli vulgi conspectum et secure delitesceret, donec subita nubes transisset tonitru fulgurque et candens telum minans. quem locum deinde Pathmum nuncuparunt.
595	ἐνθάδ' ὑπ' ἡρεμίῃσιν ἐπὶ χρόνον ἔζετο λάθρη ἐργόμενος κρυπτοῖσιν ἐν ἔρκεσιν ἠὔτε τύμβω ἔμπυρος εἰσέτι νεκρὸς ἔων καὶ χρήσιμα κάμωνν. οὐ γὰρ ἀεργεῖ χαλάσας φρένα πέσσειν ἀκηδῶς γαστρὸς τερπωλαῖς καὶ ἀθύρμασιν ἠδέ καὶ ὑπνω 600 αὐγάς ἡελίου φαιδράς καὶ νυκτὸς ὀμίχλην νωχελὲς ἄχθος ἔων, ἀλλ' ἄνερὸς ἄξια ῥέζειν, ἔσοχον ὄν μερόπεσι Θεὸς λογοφάντορ' ἔθηκεν, εὐχετο δ' ἀζηχῆς ποίμνης ὑπερ ἠδ' ἔθεν αὐτοῦ,	ibi quiete ad tempus clam residebat in occultis septis detentus veluti sepulchro mortuus adhuc spirans et utilia operans. non enim relaxata ocio mente sine cura digerebat voluptatibus ventris et lusibus atque somno claram solis lucem et noctis tenebras, ac si ignavum (terrae) pondus esset, sed tanto viro digna gessit, quem excellentissimum verbi sui explicatorem fecerat Deus: et orabat indesinenter pro grege et pro se ipso,
605	θευλογίης δ' ἠπειγε φίλον καὶ ἀάσπετον ἔργον ἀκαμάτοις μελέτησι καὶ εἰς φάος ἦκε χαράξας πολλὰ φιλατρεκέεσιν ὄνησιμα πῶσει Χριστοῦ, φράξε δ' εἰς καλὰμοισιν ἐπσεβόλα χράσματα Μώμου ἀντίων βασιλεῦσι κακογλώσσοις τε σοφισταῖς. <i>Scripta.</i>	urgebat etiam charum et arduum opus Theologiae curis indefessis. et quae scripserat, in lucem emisit multa ovibus Christi veritatis studiosis utilia. et simul obturavit calamo suo convitiosas Momi fauces confligens cum Regibus et maledicis Sophistis.
610	νοῦσων δ' αὐ' παθέεσι μαχέσαστο τλήμονι θυμῶ πειρασμῶν τ' ὀλοοῖσι ταραινῶν βελέεσσι ταρταρίων τε λύκων θορβίους κατὰ νύκτα φανέντων. <i>Missam absens abrogat Vitebergae.</i> ἐνθάδ' ὑπ' ὀξυπόροιο βῆν καὶ πνεύματι φωνῆς ἐκδημὸς περ ἔων καὶ σώματι πάγχυ λιασθεῖς μίσσαν ἀπημάλδυνε, μέγιστον κίονα πάππα,	luctatus etiam est toleranti animo cum morborum cruciatibus et saevis formidabilium tentationum telis luporumque tartareorum de nocte apparentium tumultibus. tum vi et spiritu vocis expeditae, quanquam absens et corpore procul remotus esset, missam abrogavit, maximam Papae columnam,

615 ἦς ἔπι κάρτος ἔρεισεν ἑῆς πολυκερδέος ἀρχῆς,
κυριακοῦ δ' αὖ χρήσιν ἀκήρατον ἦγαγε δείπνου

εἰς φάος ἀνθρώποισι θεοῦμβροτον εἶδαρ ἔχοντος.

Carolostadius Ecclesiam Vitebergensem turbat.

καὶ τότε Λουθήρου τις ἀκουσιθεῖο μαθητῆς,
ὃν Καρολοστάδιον καλεῖ πανδήμιος ἠχώ,
620 αἰρετικῶν γενέτης πάντων, οὐς ἔδρακε Φοῖβος
ἀτρεκίης μετὰ φέγγος, ὅπερ Λουθήρος ἔγειρεν,
Λευκορέης ἀνά πῶϋ βαρύστονον ὥρσε κυδομιόν,
ὡς δ' ἀρότης Βελίαιο κακὸν σπόρον ἐγκατάμιξε
σπέρμασιν ἀχράντοισι Θεοῦ κατ' εὐχλοσιν ἀγρόν.

625 ἦ γὰρ ὁ δυσκελάδοισι σεβάσμια δέικελα ῥιπαῖς
ἐκ νηῶν ἔρριψε, κακῆ δὲ ἔ λύσσα δεδύκει,
οἴη καὶ νῦν τοῦδε νοοβλαβὲς ἔθνος ὀρίνει

δῆριν ἀγειν σηκοῖσιν, ἀγάλασιν, εἴμασι μυστέων
καὶ σεμναῖς τελευταῖς καὶ κόσμια πάντ' ἀθερίζειν
630 ἐγρεμόθων πρηστήρα διχοστασιῶν κραδῶντας.

καὶ τότε πρῶτον ὕφηνεν ἀνὴρ κενὸς οἰστράδι λύσση

τυφωθεῖς· μετέπειτα δ' ἀναιδέος ἔκτροπον ἀρχὴν
θῆκεν ἐλευθερίας ἐς σκάνδαλα μυρ' ἀγούσης,

635 ἀνθρώπους δ' ἔκελευσεν ἀνίπτοις χερσὶν ἐλέσθαι
ἀγνὸν ἔδεσμα ποτόν τε θεοκράντιο τραπέζης
οὐ πρόσθεν φράσσοντας ἔην βαθυκευθεῖα λῶβην
θεσμοῖς ἀψέκτοισι νόον τ' ἀδιδακτον ἔχοντας.

σκήψατο δ' ἀπρόφρατόν τε καὶ ἔνθεον ἐν φρεσὶν ὀρμῆν
πνεύματος ἐνδομύχοισιν ἐπερχομένοιο φορῆσιν.

640 τῆσι δ' ὑπ' αὐτομάτοις πεφορημένον ἀνέρα ῥιπαῖς

οὐ χατέειν διδαχῆς νοοθαλπέος οὐδέ τι σεμνῶν
γυμνασίων πιτυτοῖσι μαθήμασι κυδιώντων,
οὐ σοφίης, ἀρκεῖν δὲ θεόσσοτον οἶστρον ἀήτου
κρυπταδαῖς αὐρησιν ἐπιπνεῖοντος ἄνωθεν
645 καὶ μελέτης ἀπάνευθε λόγων τ' εὐηχέος αὐδῆς,

παιδείης τε βράβευμα σοφῆς τιμᾶς τε καὶ ἔδρας
εὐμαθέων ἀπάτας καὶ παίγνια μηδενὶ χρηστᾷ
μαινόμενος κίκησθε, διδακτὸν δ' ἔμμεν ἕκαστον

θεσπεσίους πνοιῆσι λόγων περ νηῖδ' ἔόντα.

L(utherus) Vitebergam redit suumque reditum ad Principem excusat.

650 τούνεκεν ἀρχομένοισιν ἀκέεματα πῆμασι θέσθαι
ὀρμαίνων Λουθήρος ἔων τε πόθοισιν ἐταίρων
ἦρα φέρων Πάθμοιο λιπῶν εὐερκεία αὐλήν
Λευκορέης νόστησεν εὐκτίμενον πολιέθρον
ἀρχῶ σημήνας θυμηδέος αἴτια νόστου
655 γράμμασι πρηυλόγοισι καὶ εὐχέτο μείλιχον αὐτοῦ
ἀντίαιεν ὀρμῆσι, πάρεκ νόον ὅτι μέδοντος

κάλλιπεν εὐφροῦροιο μυχὸν κλεψήνορα Πάθμου.
μίγδα δ' ὁμῶς ἄλλοισι τάδ' ἔγραφεν, ὅτι μενοιῶ
οὐδ' ἐνὸς ἀνθρώποιο καὶ ἐκπάγλου περ ἔόντος

in qua regni sui quaestuosi potentiam firmaverat,
et syncerum coenae Dominicae usum restituit
in lucem hominibus, in qua coena Christi Dei et hominis
caro et sanguis participanda adsunt.

ac tunc quidam Lutheri divinitus docti discipulus,
quem popularis fama Carolostadium vocat,
pater omnium haeticorum, quos sol aspexit
post lucem veritatis a Luthero resuscitatam,
in Ecclesia Vitenbergensi gravem tumultum excitavit
et ut Satanae agricola malum semen immiscuit
puris granis in florido Dei agro.

1

is enim turbulento motu venerabiles statuas
e templis eiecit, cum dira eum vaesania subiisset,
qualis et nunc fanaticam eius posteritatem agitat,
ut bellum moveant templis, imaginibus, vestibus
sacerdotum
et piis ceremoniis ac, quicquid est decorum, reprorent
turbulentarum seditionum faces evibrantes.
atque hoc primum est, quod homo vanus designavit
rabie furiosa

2

inflatus, postea etiam improbum initium impudentis
statuit libertatis ad innumera scandala deducens.

3

et iussit homines manibus illotis (ut dicitur) sumere
sacrosanctum cibum et potum divinae mensae
antea non confessos peccatum suum abditum
ritu inculpabili et animum nondum eruditum habentes.

4

adhaec commentus fuit subitosis et enthusiasticis in
pectore raptus
motibus internis spiritu adventante.

5

et hoc spontaneo impetu hominem agitatam
neutiquam opus habere doctrina, quae mens incalescat,
nec honestis
scholis, quae disciplinis solertibus sint insignes,
nec doctrina: sed sufficere divinum instinctum Spiritus
occultis ex alto auris afflantis
etiam sine studiis et sonora verbi praedicatione.

6

hinc doctae institutionis curationem dignitatesque ac
gradus
eruditorem imposturas et ludicra nemini utilia
furens appellabat et unumquemque doceri posse
divinis afflatibus, etiamsi literarum cognitionem nullam
habeat.

idcirco incipientibus malis remedia adhibere
festinans Lutherus et desiderio sociorum suorum
morem gerens Pathmi munitae aula relicta
in cultam Vitebergae civitatem rediit,
cum Duci (Electori) grati sui reditus causas indicasset
litteris blandiloquis et rogasset, ut placidum huic ipsius
proposito se praeberet, quod contra Principis mentem
arcanum illum bene servatae Pathmi secessum
deseruisset.

ac inter alia etiam haec scripsit, quod velit
nullius hominis utut potentis et formidandi

660 πτώσσειν ἀδρανέεσσιν ὑπὸ πτερύγεσσιν ἀλύξαι
ἀντιβίῳν μεμαῶς κρατερὸν μένος, ἀλλὰ Θεοῖο
οἶον ἀλεξητήρος ὑπὸ σκέπας ἠρέμα φεύγειν,

εὐ εἰδῶς, ὅτι Χριστός, ὅου κλέος ἀνδράσι φαίνει,

665 ἀλκεμάχων νήριθμον ἔχει στρατὸν ἀγγελιωτῶν,
οἱ κεν ὁμῶς κήρυκα θεάγγελον ἦδὲ καὶ ἀρχὸν
φρουρεῖν ἰθῦσωσιν ἐναντ' Ἀΐδαο πάλωαν.

L(utherus) a multis oppugnatur.

ταῦτα νόησε καὶ εἶπε καὶ οὐκ ὄθεθ', ὅτι κεραυνῶν
ἀντιπάλων πρηστήρσιν ἐβάλλετο πάντοθεν αἴης,
κυκλωθεὶς δηΐοισι περισταδὸν ἄτρομος ἦρω.

L(utheri) Vitebergam reversi labores: 1523.

670 ἄσφορον δὲ μολῶν σφετέρης ἐπὶ ποιμνιον αὐλῆς
ἄσμενος ἔρξεν ἅπαντα, τὰ βώτορα πιστὸν εἴοικε,
ψυχροσῶσις ἔα μῆλα διδάγματος ἀνθεσι φέρβων
μαρνάμενός τε λυκοῖσι κραταῖη πνεύματος ἀλκή,
οἱ σταθμῶν ἐντοσθε καὶ ἔρκεος ἐκτός ἐόντες
675 ἄρνεσι τεκταίνοντο βίη καὶ κέρδεσι λύμην,

δημοσίοις τ' ἀγορῆσι Θεοῦ λόγον αἰθερόφαντον
ἀμφαδὰ κηρύσσωσιν ἱερῶν θ' ἅμα κεῦθεα μύθων
ἐκπτύσσωσιν ἐτέροις πιτυτῶν κατ' ἐδέθλια Μουσῶν,
δεξιτερῆς δ' ἐφέπτων καλάμου πόνον ἔμφρονος ὀλκή
680 ἀτρεκίην προβίβαζε θεόδοτον ὀξεί βραμῶ.

Bibliorum versio Germanica.

ἄλλοις δ' ἐν καμάτοις ἀριδείκετον ἦρατο τιμὴν
ἔργον, ὅπερ πολυπέυσε θεογράπτοις ἐπὶ δέλτοις
σπουδαῖς ἀκαμάτοις πολυχρονίοις τε μερίμναις
βιβλία Γερμανῶν εἰς πάτριον ἦχον ἀμείβων,
685 θαυμ', ὅσον οὐ πάρος εἶδε σελασφόρος ὑψόθεν Ἠῶς
Τευτονιδῶν κατὰ πέζαν ἀρήϊα τέκνα φέρουσαν,
ἔξ οὐπερ τράφε γαῖα βροτῶν γένος ἀλφηστάων,
Ἔσπερος ὅσων ἔνεκε βροτοῖς ἐπὶ τέρματι κόσμου·
Τεύτων Ἑβραίοισιν ὁμόθροός ἐστι προφήταις
690 καὶ Χριστοῦ τροχίδεσσιν Ἀχαΐδα φθόγγον ἰεῖσιν.

L(utherus) fanaticos spiritus fugat.

αὐτὰρ ἐπεὶ Λουθηρον ἀπήγαγεν οἰκάδε ποιμνης
πλαζομένης μέγα κήδος, ὃ οἱ πέλε κέντρον ἀέθλων
πάντων, οὓς ἀνάειρε, λυγρὸν νέφος αἴψα κεδάσασα

695 ἀτρεκίης φωστήρσι νεοπλανῆς ἔθνος ἔλασεν.
ὡς δ' ἐραταῖς ἀκτίσιν αἰδέος ὄρνεα νυκτός,

σκῶπας νυκτερίδας τε, φιλόζοφον ὄψιν ἀμέρδων,
ἠελίου τροχὸς ὠκύς ὑπὸ σκότος εὐθὺ διώκει
οὐκ ἔτ' ἔων πτερύγεσσιν ὑπ' αἰθέρι διευέσθαι,
ὡς φλογεροῖς Λουθηρος ἔης ἀμαρύγμασι φωνῆς
700 ψευδοβοᾶς ἐφόβησε κακῆς ὄρνιθας ὀμίχλης
αἰθερίην τ' ἐκόμισσεν ἔη πολυτερεῖ ποιμνη
εὐνήσας σάλον αἰπὺν ἐρισμάρραοιο κυδομοῦ
ἀνδρός ἀποτμηχθέντος, ὃς ἔπλετο κύματος ἀρχή.

Carolostadius alibi nidificat et variarum haereseon semina spargit.
1524.

705 ὃς δ' ἄλλη πείρης θραυσμῆχανον ἔτραπεν ὄρμην,
σφοῖσι δ' ὁμῶς ἐτάροισιν ὑποκλέψας φρένας ἀνδρῶν
ἀφραδέως καινοῖς ἐπὶ δόγμασι μαργαινόντων
σπέρματα λοῖγια πάσσειν ἔης ἀπατήνορος ἄτης
ἀπροφάτοις δόλοισι Θεοῦ τ' ἐκάκωσεν ἀλωήν.

sub alis infirmis delitescere subterfugendi
cupidus validas adversariorum vires, sed Dei
defensoris unicum sub praesidium se tuto confugere,
certo exploratum habens, quod Christus, cuius gloriam
hominibus patefaciat,
innumerabilem fortissimorum Angelorum exercitum
habeat,
qui simul Praeconem Dei nuncium et principem
tueri pergant contra inferni portas.

haec sensit et dixit nec magnificiebat, quod fulminum
adversariorum flammis undique terrarum peteretur
circumquaque hostibus cinctus heros imperterritus.

cum igitur ad gregem ovilis sui reversus esset,
ultra omnia, quae fidelem pastorem decent, egit
salutiferis doctrinae floribus oves suas pascens,
et firmo Spiritus sancti robore cum lupis pugnans,
qui et extra stabulum et intra septa versantes
vi et fraude agnis exitium fabricabant.
publicis etiam concionibus verbum Dei coelitus
revelatum
palam annuncians et altos sacrorum seminum sensus
aliis explicans in doctarum sedibus Musarum
ad haec dextrae sapientis ductu calami opus exercens
divinam celeri gressu veritatem promovebat.

inter alios autem eius labores praeclarum honorem
sortitur
opera, quam sacris scripturis impendit
indefatigabili studio et diuturnis curis
Biblia transferens in patrium Germanicum sonum:
miraculum, quantum prius lucida ab alto Eos non vidit
in terra Teutonidarum Mavortiam sobolem ferente,
ex quo tellus nutriti genus hominum industriorum,
quod Teuton Hesperus attulit mortalibus in fine mundi:
Teuton nunc cum Hebraeis colloquitur Prophetis
et Legatis Christi Graecum sermonem proferentibus.

caeterum ubi Lutherum domum reduxerat gregis
errantis ingens cura, quae ei calcar fuit ad certamina
universa, quae suscepit, mox tristi nube discussa
veritatis radiis turbam illam, quae novum errorem
moverat, exegit.
ac veluti radiis iucundis tenebrosae noctis aves,
noctuas et vespertiliones, caecutientem harum visum
offuscans
velox solis rota repente in tenebras abigit
non amplius sub dio eas pennis versari sinens.
ita flammantis vocis suae iubare Lutherus
falsicanas improbae noctis alites fugavit
et serenam lucem restituit afflicto suo gregi
sopiens gravem tetrisonum tumultus tempestatem
homine avulso, qui fluctuationis erat origo.

is vero alio audacem periclitationis conatum vertit
et cum asseclis suis decipiens mentes hominum,
qui temere nova ob dogmata insaniant,
perniciosa fallacis suae noxae semina sparsit
dolis improvisis, Deique agrum corrumpit.

710 ἔνθεν ποικιλόκαρπος ἀνεβλάσθησε γενέθλη
αἰρεσίῳν τε μόθων τε, κακῶν τ' ἔφριξε θερισμῶ
νηρίθμων ὀλοῶν τε, καὶ οὐκ ἔτι φαίνεται ἔρωή.

Anabaptistae a Carolostadio orti.

715 πρῶτα γὰρ ἐξανέδου μαρῶν ἀναβαπτιστάων
ἔσμός ἀναιδεῖς ἐπιειμένος οἴστρον ἀπάσης,
οἱ ῥὰ θεοζεύκτοιο γάμου πατέουσι θέμιστας
μάργοις ἴσα κύνεσσιν ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες
ἄρρητῶ φιλότρητι· πατήρ ἤσχυνε θυγάτρα,
υἱὸς μητέρ' ἔχρηεν, ἀδελφὸς μίσηγετ' ἀδελφῆ.
μαχλοσύνη δ' εἴκει φύσιος νόμος, αἰσχρὸν ἀκούσαι.

720 κτήματα δ' αὐ κοινούσι καὶ οἰκείου κράτος ὄλβου
πάμπαν ἀμαλδύνουσι καὶ ἡμερίων βίον ἀνδρῶν
σκήπτρων νοσφιζουσιν ἀποπτύσσαστες ἀνακτας.
νεύμασι δ' οἷσιν ἕκαστος ἐλαύνεται, οἷα γενέθλη

θηρῶν, οἱ κατ' ὄρεσφι βροτῶν ἀποτῆλε νέμονται,

Κυκλώπων θ' οἷος βλοσυρῶν νόμος, ἐνθάδ' ἀκούει

725 οὐδεὶς οὐδενὸς οὐδέν, ἑαυτῷ δ' ἀρχὸς ἕκαστος.

Rusticorum seditio: 1525.

τῆς δ' ἄφαρ ἐκ ρίζης νεοθηλέος ἀνθορε καρπὸς

730 λοίγιος, ἀφραδέων στυγερός κλόνος ἀγροιωτῶν
ἀντίον ἠγητήρσιν ἀμήχανα τεύχε' ἀείρων.
οἱ γὰρ ἐπειγόμενοι σφετέρων κελάδοις ἀγορητῶν,
οἷσιν ἔρις καὶ ληῖς ἀναιδέα θυμὸν ἱαινον,
πολλαῖς χιλιαδέσσιν ἀολλέες ἠγερέθηοντο
Γερμανῶν ἀνά βῶλων εὖσταχυν, ἄλλοθι δ' ἄλλοι,
ὡς ποτε γηγενέων σπύρος ἀθρόος ἠλδανε γαίη
φρίσσων αὐτοφύτοισι μετ' ἔντεσιν, ἠνίκ' Ἰήσων
735 Μηδεῖς ἰότητι πυρίπνοον εἰλκεν ἄροτρον,
ἦ ὅτ' Ἀγηνוריδης κτίσσων Βοιωτίδα Θήβην
σπεῖρε δρακοντείων φυσίμβροτον ὀγμὸν ὀδόντων,
ὡς ἀγρόται κατὰ πᾶσαν ἀνασταχέυσκον ἄρουραν,

740 εἷς δ' ἄρα πᾶσιν ἔην ὁμάδου σκοπός, ἠνί' ἀμέρσαι
σκηπτούχων καὶ πάντα μετὰ σφίσι κοινὰ τίθεσθαι.

τοῦνεκα θωρήσσαντο καὶ ἔντεα χερσὶ λαβόντες

745 ἀρχοῖς καὶ μύστησιν ἀπέλειον ἔσχατον ἄτην.
αὐτίκα δ' ἔμμεμαῶτες ἀναιδεῖ δαίμονος οἴστρω
εὐγενέων ἀλάπαζον ἐνάυλια κύδιμα φωτῶν
ἔρκεά τ' οἰοβίων μοναχῶν ἐκ κτήσιν ἐλόντες,

ἦν ὅλοη σφίσιν αἴσα κακὰς εἰς χεῖρας ὅπασσεν
ἀρπακτῆν, θανάτοιο πολυκλαύτοιο δότειραν,

καὶ δ' αὐτοῖς κραντήρσιν, ὀτέοις Ζεὺς κύδος ἔδωκεν
αἵματος ἠγεσίης τε, λυγρὰς ἐπὶ κῆρας ἴαλλον.

L(utherus) contra rusticos seditiosos scribit.

750 ὡς δ' οὖν ἀγροβίοισι παρ' ἀνδράσι πρῶτον ὀρίνθη
μῶλος ἐγερεσιφόνον τ' ἤδη προκαλιζέτ' Ἐνυῶν,
ἀρχομένου Λουθήρος ἰδῶν θορύβοιο τελευτήν

ἀγροίκους νεΐκεσσε βαρύφροννα λύσσαν ἐλέγχων

inde foecunda egerminavit soboles
haeresium et turbarum et messe inhorruit malorum
infortiorum et exitialium necdum apparet finis.

primo enim prodiit obscoenorum Anabaptistarum
examen omnis impudentiae furore amplexum.
qui coniugii a Deo sanciti leges conculant
tanquam canes procaces inter sese concurrentes
infando concubitu. pater (enim) vicium offert filiae,
matrem filius contaminat, frater miscetur sorori,
et lasciviae (ipsa) Lex naturae cedit, turpe auditu.
quin etiam facultates communes faciunt et propriarum
rerum dominium
prorsus evertunt et mortalium hominum vitam
sceptris privant respuentes Magistratus.
unusquisque enim suo arbitrio ducitur ut genus
ferarum, quae in montibus procul ab hominibus
pascuntur.
et qualis trucium Cycloperum Reipublicae ratio est, ubi
audit
nemo alterum in ulla re, sed quilibet sibi ipse gubernator
est.

ex hac itaque radice efflorescente continuo erupit
fructus
pestilens, truculenta (nimirum) seditio stolidorum
agrestium,
infirma contra Principes suos arma stringens.
hi enim incitati clamoribus suorum concionatorum,
quibus lis et praeda impudens cor demulcebant,
conferti multis millibus confluebant
per fertiles Germanorum glebas alibi alii,
ut densa olim Gigantum seges terra enata fuit
sponte natis horrescens armis, quando Iason
Medeae consilio ignivomum aratum tenebat
aut cum Agenorides, conditurus Thebas Boeotias,
feracem hominum sulcum vipereis dentibus conspersit:
ita rustici in omnibus arvis spicarum instar prodibant,
unus autem omnibus erat concursus finis, ut abolerent
habenas
Principum et omnia inter se communia facerent.
ideo accingebant se et, cum arma manibus
corripuissent,
magistratibus et sacrificis extremum discrimen
intentabant.
et confestim audaci mali Spiritus oestro agitati
magnificas nobilium virorum aedes vastabant
et solitariorum Monachorum claustra eripientes bona,
quaecumque sors infausta improbis illorum manibus
obiecerat
in rapinam, quae funestae necis conciliatrix est.
imo ipsos etiam Dominos, quibus ipse Deus hanc
dignitatem largitus est
sanguinis et principatus, saeva morte afficiebant.

cum igitur inter homines ruricolos primum excitatae
essent
turbae et iam iam cruentam Bellonam provocarent,
Lutherus incepti tumultus finem prospiciens
rusticos acriter repraehendit, saevi eos furoris
convincens

- γράφαι παγκοίνοισι, βιαίης δ' εἶρε μενοιρήσ
 755 εἰπών, ὡς βροτὸς οὔτις ἐπήρατον ἔλλαχε πότημον,
 ὄρκων συνθεσιῶν τε λελασμένους ὅστις ἐρίζει
 ἀντίον οἷς βασιλεῦσιν, Ὀλύμπιος οὖς πρόμος αὐτὸς
 εἰς θρόνον ἔσσε σεβαστόν, ὅπως ἀλέγῃσι θεμίστων,
 ἀλλὰ διχροστατέουσιν οἷζυος ἄκρον ἐφήπται.
L(utherus) officii sui admonet magistratus in seditiosos.
- οἱ δὲ οἱ οὐ πεπιθόντο (νόας γὰρ φράξατο δαίμων),
 760 εἰς δ' ἀρχοῦς πολὺ μάλλον ἀσχετον οἶμα κόρυσσον
 πάντα ληλασίην ἀεικέσι δηϊόωντες.
 τοῦνεκ' ἀνήρ θεόβουλος ἀναθέα πήματα πάτρης
 ἐκτρέψων γραφίδεσσιν ὀνήσιμα πάντα βώσασαις
- θαρσαλέως γεραροῖς παρεκέκλετο ποιμέσι λαῶν,
 765 καύμα τόδ' ὡς σβέσσειαν ὁμοζυγέεσσιν ἀρωγαῖς
 κοινὸν Ἄρην στήσαντες ὁμιλαδὸν ἀντία κοινῶν
 ἐχθρῶν εὐνομίας καὶ πατρίδος ἠδὲ γαλήνης,
 φάρμακα δ' ὡς πικροῖσιν ἐφ' ἔλκεισι πικρὰ βάλοιντο.
Defendit suum scriptum.
- καὶ τὰ μὲν ᾧδ' ἐπέτελλε· καὶ ὡς τινες αὐτὸν ὀπίσω
 770 κερτομίους μωμῆντο καθαπτόμενοι στομάτεσσιν
 οἶά τιν' αἰμοχαρὴ καὶ ἀμειλίχον, ἀντίον ἠῦδα,
 ὡς τὰδ' ἀμεμπτα νόησε κέλευσέ τε χρήσιμα πάτρη.
Principes rebelles Rusticos domant.
- σκήπτρων οὖν ταμίαι πινυταῖς ἀπέοντος ὁμοκλαῖς
 775 νυσσομένοι τε πικρῆς θαμινοῖς βελέεσσιν ἀνάγκης
 δυσπολέμοις ἀγρότησιν ἐπέχρασαν ἄλλυδις ἄλλοις
 ἀτρέστοις πραπίδεσσιν ἐπισταμένησι μάχεσθαι
- ὄπλοφόροις τε χέρεσσι, βροτῶν δ' ἀπερείσια φύλα
 780 ἦμασιν εἰν ὀλίγοισι κακῶ πρήνιξαν ὀλέθρω
 εἰς Αἰθῆν σπεύδοντα δαφονοειοῖσι καρήνοισι,
 ὄψε δὲ πολλὰ καμόντες ἐρίστονον οἶδμα κυδοιμῶν
 κήλεον ἠρεμῆν τε φέρον πολυτεϊρέϊ πάτρη.
L(utherus) uxorem ducit monacham.
- τόνδε κατ' ἡελίου κύκλιον πόρον ἄζυγα νύμφην,
 785 εὐγενές ἔρνος ἐοῦσαν ἀριζήλων γενετήρων,
 ἀγνωγάμων Λουθηρος ὑπὸ ζυγὸν ἦλασε λέκτρων
 μονοβίων προλιπούσαν ἀτερπέα κλειθρα γυναικῶν.
 ᾧδε δ' ἀμωμήτοιο γάμου τύπον αὐτὸν ἔδειξε
 πᾶσιν ἐέλδομένοισι γαμήλια φίλτρα κεράσσαι
- καὶ προφυγεῖν μονόκοιτα γαμεχθέος ἔρκεα πάππα.
Sacramentarii a Carolostadio arti: 1526.
- ἔκ Καρολοσταδίου μανιώδεος αἰψα καὶ ἄλλος
 790 αἰνοτόκος γόνος ὦρτο κακῶν μυστηριολωβέων,
 ᾧν τάχα πεπταμένη ψευδηγόρος ὄσσα κατ' αἶαν
 κύντατ' ἀληθείη νεοφεγγεῖ λύματ' ἀνήψεν.
 οὐδέ ποτ' οὐδ' ἐτέρων μηλοφθόρα φάρμακα ποίασι
 795 μιξάντων λογίοισι τόσης ἐπέβησσο λύμης
 πῶυ Θεοῦ λογοόρεπτον, ὅσον δῆλημα δέδεκται
- publicis literis, et a violento proposito revocavit
 affirmans, quod nullus mortalis placidam sortiatur
 mortem,
 quicumque iuramenti et pactorum oblitus seditionem
 movet
 adversus Dominos suos, quos ipse Olympius praeses
 in Augustum solium collocavit, ut legum curam agant,
 sed extrema calamitas seditiosis incumbat.
- illi vero ei non paruerunt (malus enim genius ipsorum
 mentes occluserat),
 sed multo magis feroci impetu in magistratus ferebantur
 omnia praedationibus indignis infestantes.
 ideo vir divinis consiliis instructus insanabilem patriae
 suae pestem
 declinaturus stylo suo nihil non fructuosum proclamante
 fidenter reverendos hominum gubernatores
 exhortabatur,
 ut coniunctis opibus hoc incendium restinguerent
 communi bello suscepto turmatim contra communes
 hostes honestae disciplinae et patriae et quietis
 et acerbis hulceribus acerba medicamenta imponerent.
- atque haec quidem sic praecepit; cum vero quidam
 ipsum postea
 mordacibus linguis incessentes culparent,
 ut qui sanguinarius et crudelis esset, respondit
 se haec recte considerasse et in commodum patriae
 edixisse.
- quare sceptrorum praesides cordata absentis hortatione
 et frequentibus amarae necessitatis telis icti
 infelices rusticos diversis in locis invaserunt
 animis intrepididis et pugnandi gnaris
 armigerisque manibus et innumerabiles hominum
 catervas
 paucos intra dies funesta nece prostraverunt
 ad inferos cruentis capitibus ruentes
 et tandem multis laboribus exantlatis horrendam
 turbarum tempestatem
 pacarunt et pacem afflictatae patriae restituerunt.
- hoc circulari solis cursu (anno) coelibem nympham,
 quae illustrium parentum nobile germen erat,
 sub casti matrimonii iugum duxit Lutherus
 iniucunda solitariarum mulierum claustra deserentem.
 atque ita probati coniugii exemplar semet declaravit
 omnibus matrimoniali amore coire volentibus
 et profugere ex sollicitudine papae septis, qui coniugii osor
 est.
- ex Carolostadio rabioso statim et alia
 soboles foeta malis prodiit malignorum
 Sacramentiperdarum,
 quorum mendax fama subito per orbem terrarum
 volitans
 foedissimas resplendescenti veritati sordes aspersit.
 nec unquam, cum alii pestifera ovibus venena inter
 herbas
 verbi divini miscuerunt, in tantam devenit calamitatem
 grex Dei, qui verbo pascitur, quantum damni accepit

τούτων οὐλομένοις ὑπὸ κέρδεσιν ἠπεροπήτων.

800 ἧ γὰρ ὁ δεικελόπορθος, ἐπεὶ κακὸν ὤρσε κυδοιμὸν
Λευκορῆς ἀνά βάρθρα φυλάκτορος οὐ παρεόντος,
φύζαν ἑλὼν δύσφημον αειδέος ἔνδοθι χειρὶς
ὡς δάκος ἰοφόρον σφετέρην ἔκλειπεν ὀπωπῆν,

λάθρη δ' ἀνθρώποισιν ἀβουλοτέρουσιν ὀμίλει
ἐμφυσῶν κακὸν ἰὸν ὀλεθροτόκων ἀπὸ λαϊμῶν.

Carolostadii dogma de coena Domini.

805 ἐνθάδε δόγμα φύτευσε νεόσπορον ἀμφὶ τραπέζης
θεσπεσίης· Χριστοῦ γὰρ ἀνήγατο σῶμα παρεῖναι
καὶ λυθρον ἀμφ' ἄρτου μυστήριον ἠδὲ κυπέλλου
ἀτρεκέως, Χριστοῦ δ' ἐν ἀπλάστοις ἐπέεσσιν,
οἷς τὸδε δεῖπνον ἔταξεν ὀνήσιμον οἷς θεράπεσσι,
810 λαβραγορεῖν ἐτάασσε τὸ ΤΟΥΤΟ γε δεικτικὸν εἶναι,
ὥ σωτήρ ἐπέδειξε ἕν δέμας ἔνθα παρίζον.

τοῦ δ' ὄλοσῦ τόκος ἀνδρὸς ἐπεὶ ποτὶ φέγγος ἴκανεν,
ἀμφοτέραις ἔτεροι τάχ' ὑπαντόμενοι παλάμησι
θαλπόμεναι δέξαντο, νέον δέ οἱ αὐτίκα κόσμον
λαμπρότερον προτέριοιο περι χροῖ θῆκαν ἀβληχρῶ

815 οὗχ ἔν χρωμά φέροντα, καὶ ἰσοφυῆ περ ἑόντα.

Zwinglii error.

πρῶτα γὰρ Ἑλβετίων δημηγόρος ὀβριμοχειρῶν

Κίγκλιος ὀρνύμενος τὸ θεοφραδὲς „ἔστι” βιάζει
εἰς τροπικὴν τινα χρῆσιν, ἀπηλεγῆς δὲ διδάσκει
820 ἄρτον ἐν εἰλαπίνῃ ζαθέῃ καὶ νήχυτον οἶνον
σημαίνειν Χριστοῦ μόνον δέμας ἠδὲ καὶ αἷμα.

Oecolampadii opinio.

825 Λαμπάδος οἰκιδίης δὲ φερώνυμος ὡς φραδίησι
κείνον ὑπερβαλέων Χριστοῦ κατὰ δαίτα σεβαστὴν
πλάσεν ἔμην τυπικόν τε δέμας τυπικόν τε καὶ αἷμα,
σύμβολα δ' αὐ σαρκὸς τε καὶ αἵματος οὐ παρεόντος
σωματικῶς Χριστοῦ σίτον τε καὶ οἶνον ἔνισπε.

τοῖς δ' ὀπίσω συνάεθλος ὑπέρστροφος ἐς πόνον ἤλθεν
ἀντιθεὸν Καλεβίνος ἄγων ἀπερείσιον ἔσμον
κηφῆνων γλυκερῆσιν ὀλέθρια πολλὰ μελίσσαις
μηδομένων Χριστοῦ· λέγει δ' ὄγε σῶμα νοητὸν

830 ἠγαθήν κατὰ δαίτα, τὸ διη παρὰ χειρὶ θοάσσον
δεξιτερῇ μεγάλαιον ἐπουρανόιο τοκῆος
οὐ δύναται μερόπτεσιν ἐπὶ χθονὸς ἔνθα παρεῖναι,

ἀλλὰ μένος κατ' ἐνεργῆς ἐδώδιμον ἔστιν ὄνειρα.

L(utheri) contra Sacramentarios pia assertio.

835 τοῖσι δ' ὁμοῦ λαμοῖο πυριγλώχισι κεραυνοῖς
καὶ χερὸς εὐφράστοιο λογοσθενέεσσι βελέμνοις
ἀντιόων Λουθηρὸς ἐμάρνατο κάρτος ἀέζων
ἄπλετον, οἶον ἔοικε φίλων Χριστοῦ μαχητῆ.

840 βίβλοις δ' εὐγράπτοις καὶ εὐκελάδοις ἀγορησὶ
τοῦτο μάλ' ἀσφαλῆως πιστώσατο κρήνησον εἶναι
φθέγμα σοφοῦ Χριστοῦ, τὸ συνθεσίησιν ἀνήψεν
ὑσταταίας ἀρίδηλα καὶ οὐκ ἀπατήλια βάζων.

ψευδέα δ' ἀντιπάλων τελέθειν νόον, ὄνπερ ἰωῆς

ab exitiosis horum impostorum fraudibus.
namque statuarum ille destructor, cum tetrum excitasset
tumultum
in urbe Leucorea custode non praesente,
fuga arrepta ignominiosa in caverna obscura
uti venenatus serpens conspectum suum abscondebat
et furtim hominibus cum imprudentioribus
colloquebatur
ex collo perniciali saevum virus inhalans.

hic novum dogma plantavit de mensa
sacra: negabat enim adesse Christi corpus
et sanguinem in sacramento panis et poculi (vini)
revera, et in simplicibus Christi verbis,
quibus coenam hanc instituit fruendam suis cultoribus,
nugari ausus fuit pronomen HOC ostensivam esse,
quo Servator corpus suum illic assidens ostenderit.
postquam igitur improbi huius viri foetus in lucem editus
fuisset,
mox ambabus alii occurrentes manibus
fovendum exceperunt et continuo novum ei ornatum,
priori nitidiorem, circa infirmum corpus apposuerunt,
qui licet unius naturae esset, non tamen unum colorem
ferebat.

primo enim pugnacium Helvetiorum concionator
Cinglius exortus, verbum „est” a Christo prolatum
detorquet
in tropicum quendam usum et perfricta fronte docet
panem in sacra coena et fluidum vinum
tantum significare Christi corpus et sanguinem.

postea a lampade domestica cognominatus quasi
acumine ingenii
illum superaturus in coena Christi reverenda
typicum corpus et typicum sanguinem esse fingebat
et signa carnis ac sanguinis non praesentis
corporaliter Christi panem et vinum nominabat.
ita postea solum se adiunxit nimis sapiens in
contentione
impia Calvinus ducens infinitum examen
fucorum, qui multa in exitium iucundis apibus
Christi cogitant; is autem asseverat spirituale corpus
in coena sacra intelligendum esse, quod ad manum
sedens
dexteram coelestis Parentis in maiestate sua
non possit hominibus hic in terra adesse;
sed secundum vim efficacem suam mandatur et
fructuosum sit.

cum his igneis pariter gutturis sui fulminibus
et verbivalentibus disertae manus iaculis
occurrens Lutherus depugnabat confirmatus robore
ingenti, quale decet charum Christi militem.
ac tum bene scriptis libris, tum bene pronuntiatis
concionibus
hoc solidissime confirmavit vera esse
verba (τὸ ρῆτόν) sapientis Christi, quae adiuncto pacto
suo ultimo perspicua et non fallacia dicens;
at sententiam (διάνοιαν) adversariorum falsam esse,
quam verba

ἐκτός ἀριζήλης σφαλερῆ πλάσσοις μενοιηῖ.

Colloquium L(utheri) cum Zwinglio et Oecolampadio Marpurgi: 1529.

845 ὁπὲ δ' ὅπως βαρῦ νείκος ὁμόφρονες εὐνήσειαν
ἀλλήλοισι πινυτοῖσιν ὁμιλήσαντες ἔπεισι,
Λουθήρου μέγα κῆρ καὶ Κίγκλιος ἡδὲ πολύφρων
Οἰκιολαμπάδιος σὺν εὐφραδέεσσιν ἑταίροις
ἤλυθον εἰς ἓνα χῶρον, ὅπη Λανοῖο παρ' ὄχθαις
850 κεκλιμένον Μαρπόπυργον, εὐσθενῶν ἔδος Ἐσσῶν,
Μούσαις ἔσθλοδαέσαις περικλυτὸν εὐχος ὀπάζει.
ἐνθάδ' ἀμοιβαίοισιν ἐπειρήσαντο λόγοισι
πολλὰ μάλ' ἀλλήλων. Χριστοῦ λόγον εἶχε βέλεμον
ισόθεος Λουθῆρος, ὑφ' ἠγεσίησι δ' ἀήτου
οὐρανοῦ τόξευε μάλ' εὐστοχον, ὡς κε ποθεινῆς
855 ἰθὺν ὁμοφροσύνης βάλλοι σκοπὸν – οὐδ' ἀφάμαρτεν.

Adversariorum L(utheri) pertinacia.

ἀντιπάλους δ' ἐκόρουσε βρωτῶν λόγος, οἱ δὲ βιαίοις
πυκνὰ μάλ' οὐτάμενοί περ ἀληθείης βελέεσσιν
ἦθσαν ἐν προτέροισι πεπηγότα βαθμὸν ἔρειδον,
ἀτρεκίη δ' οὐ τυτθὸν ὑπέικαθον ἀμφαδίη περ.

*L(utherus) adversarii insanabilibus interitum praedicit, qui mox
subsequitur: 1531.*

860 τοῦνεκ' ἐπεὶ θυμῷ λιθοκάρδιον ἦτορ ἀέξον,
ἔργον ἄεργον ἔην, ἔριδος δ' οὐκ ἦντετο μῆχος.
τοῖσι δ' ἄφαρ Λουθήρος ἔχων δεδαυμένον ἦτορ
ἔσομένων θέσπισεν ἀφύκτου πειρατ' ὀλέθρου
ἦδη λευγαλέησιν ἐφιπταμένον πτερύγεσι.

865 καὶ τὰ μὲν ὡς τετέλεστο μετὰ χρόνον, ὡς μεμόρητο.

ὡς γὰρ δωδεκάμηνος ἔλιξ τρίτος ἔτρεχε Φοῖβου,
δὴ τότε μοῖρα Θεοῦ κρυφίην πρήσσομα μενοιηῖν
μαντοσύνας ἐπέθηκε θεοφραδέεσι τελευτήν
ἀνδρός, ὃς οὐτ' ἄπρηκτον ἀπὸ κραδίης βάλε μῦθον.

870 ἄμφω γὰρ συγεροῦ πλαγῆνῃορε δόγματος ἀρχῷ
Οἰκιολαμπάδιον καὶ Κίγκλιον ἐφθασεν ἀτη
πότμου δακρυόετος, ἵνα φριξέει καὶ ἄλλος
ἀτρεκίης πρὸς κέντρον ἀναιδέα ταρσὸν ἰάψαι.

Horrendus Carolostadii interitus.

875 οὐδὲ μὲν ὀξυμόρους Καρολοστάδιος φύγε ποινάς·
τόνδε γὰρ ἀντιβολῶν κρυερῷ μετὰ φάσματι δαίμων
ἔξαπίνης ἐτάραξε καὶ ἤρπασεν, οὐ χρέος ἦεν.

L(utherus) insidiis petitur a Papa.

880 ἄχρῃ δ' οἰκιδίοισι μετ' ἀντιβίοισι παλαίων
ἄκμητος Λουθῆρος ἔης ὑπεράσπισε ποιμήνης,
οὐ πάππας λώφησε καὶ ἔθνεα λoίγια πάππα,
ἀλλὰ κακορραφίης πάσης ἐπὶ νεῦρα τίτηναν,
ὡς κεν ἐλεγχίστω τάχ' ἀπορραΐσειαν ὀλέθρῳ

Λουθήρον θρασύμυθον ὅπως ἄγος οὐκ ἔτι φερτόν.

Papae cum Caesare consultatio: 1529.

885 Κλημῆς δ' Αὐσονίης ἀκάτου τότε πηδὸν ἐλίσσων
κέντρα δαφροειῆς ἐπάγων τάχα Καίσαρι πειθοῦς
εὐσεβέων ἠνωγε βίη προόριζον ὀλέσαισι
ἔθνος εἰς σκήπτροισιν ἐναντίον. αὐτὰρ ὁ πάσης
ἐκτός ἀπηνεῖης μεθέπων πρηῦφρονα βουλήν

praeter clarissima dubia mente affingunt.

tandem, quo grave hoc dissidium unanimi consensu
componerent,
doctis sermonibus inter se conferentes
magnanimus Lutherus et Cinglius unaque multiscius
Oecolampadius cum prudentibus amicis
in unum locum convenerunt, ubi ad ripas Lani
situm Marpurgum, fortium Hessorum sedes,
celebrem peritis Musis famam conciliat.
ibi alterna disputatione tentarunt
se mutuo satis acriter. Christi verbum pro telo habebat
Lutherus divinus et ductu Spiritus
coelestis admodum directe iaculabatur, ut optatae
concordiae certum scopum attingeret – nec aberrabat.

adversarios autem humana doctrina instruebat. qui
validis
veritatis iaculis creberrime icti quamvis essent,
in pristina (tamen) opinione fixo gradu innitebantur
nec in minimo veritati manifestae cedebant.

propterea, cum saxeum in pectore cor retinerent,
negocium frustra susceptum erat nec litis remedium
occurrebat.

illis autem repente Lutherus, cor habens praescium
futurorum, inevitabilis exitii finem praedixit
iam iam diris alis advolantis.

et haec sane, ut praedestinata erant, paulo post
evenerunt.

cum enim tertius Solis orbis (annus), quem XII menses
absolvunt, in cursu esset,
tunc Sors, occultam Dei voluntatem exequens,
finem imposuit divino oraculo
viri, qui nullum verbum inefficax e corde emisit.

ambos enim hominum seductores et abominandi
dogmatis autores
Oecolampadium et Cinglium occupavit calamitas
mortis lachrymosae, ut exhorrescat et alius
adversus stimulum veritatis calcem temerariam sauciare.

at nec Carolostadius subitae mortis poenam effugit.
hunc enim diabolus horrendi spectri forma apparens
derepente consternavit et abrupuit, quo necessum erat.

interim dum hostibus cum domesticis luctans
indefessus Lutherus gregem suum defendit,
papa non quievit et pestifera papae turba,
sed omnium insidiarum nervos intenderunt,
ut ignominiosa mox nece abolerent
fortiloquum Lutherum ceu piaculum non amplius
tolerandum.

Clemens itaque Romanae tunc naviculae gubernaculum
versans
sine mora admovens Caesari suadae cruentae calcaria
radicitus perdere vi iubebat piorum
gentem suae potestati contrariam. verum ille omnem
extra crudelitatem mitia consilia tractans

	ήσυχιοισι λόγοισιν ἐμήδετο νείκεα παύσειν. <i>Comitia Augustana: 1530.</i>	placida collocutione controversias dirimere cogitabat.
890	τοῦνεκα οἱ συνόδου γεραρῆς ὑπεθήκατο μῆτιν, αὐτὸς δ' εὐγενέων ἀγυρισσατο σύλλογον ἀρχῶν Αὐγούστης καθ' ἔδεθλα Σηβίδος, ἔνθα καὶ ἄνδρες	ideo consilium de synodo reverenda ei subiecit, ipse vero generosorum principum comitia instituit in urbe Augustae Suevicæ, quo etiam viri scientia præstantes cum principibus frequentes venerunt,
	ἰδιοσύνη προφέροντες ἀολλίζοντο σὺν ἀρχοῖς, <i>Melanchthon, L(utheri) συνεργός.</i>	inter quos primas ferebat eloquentia et prudentia Melanchthon
895	οἷς ἔτι πρῶτα κόμιζε λόγοις πινυτῆ τε Μελάγχθων λάμπων εὐμαθέεσσι μετ' ἀνδράσι, ὡς ἐν Ὀλύμπῳ Ἔσπερος εὐφραέεσσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ὑπ' ἀρχήν.	splendens inter doctos homines, ut in coelo inter lucidas stellas Vesper sub principium noctis. hunc Lutherus (suo loco) misit et cuncta, quæ officium requirebat, iniunxit,
	τὸν Λουθῆρος ἔπεμψε καὶ αἴσιμα πάντ' ἐπέτειλε, Μωσῆς ὡς Ἀαρὼνα μελίθροον, ὄφρ' ἀπεόντος ἀγγελιῇ νόον ἐσθλὸν ἐφαρμοδίως ἐπέεσαι. <i>L(utherus) Coburgi.</i>	non secus ac Moses Aaronem (legavit), ut absentis bonam mentem accomodis verbis enunciaret.
900	κεῖνον δ' αὖ μεσηγνὸν δόμος Κωπυργίδος ἄκρης Φραγκῶν ἐν περάτεσσι λειλιμμένον ἄμφεξε σιγῆ. ἐνθάδ' ὁμῶς εὐχῆσι παρηγορίας τε συνέρδων χρήσιμος ἦν ἐτάροισιν ἀεθλεύουσιν ἄπτωθεν. καὶ γὰρ καρτερός ἦεν ὁμῶς βουλήσι καὶ εὐχαίς, λισσόμενος δ' ἄλλοισι καὶ ἄρμενα μῆδεα πέμπτων	illum vero interim arcis Coburgensis domus in finibus Francorum relictum tacite amplectabatur. ubi tum precibus tum monitis una operando utilis erat sociis procul inde certamen sustinentibus. nam pariter consiliis et precibus pollens erat, aliisque orando et commoda consilia mittendo erat (quasi) secundus ventus per fluctus navem ad littus appellens.
905	οὐρός ἦν κατὰ λαίτμα πρὸς ἡὸνα νῆα διώκων. <i>Ordines Lutherani Augustanae confessionis suae formulam exhibent.</i>	cum igitur in Lyci in propinquo fluentis urbem conspicius ducum flos circa insignem Caesarem coactus fuisset sapientiae et fortitudinis odorem spirans, tunc principes, quibus mens recta erat puram semitam amplexa veritatis tandem revelatae, divina Teutonici prophetae sapientia scriptam doctrinae et fidei suae aperte conspiciendam brevis libro formam exhibuerunt et excluderunt pravam sacramentariorum perpetuo errori obnoxiorum turbam.
